

NUMMVS CASTRENSIS
ALEXANDRI FARNESII PARMAE DUCIS

Hispaniarum Regis in Belgio Gubernatoris : cufus
(uti videtur) captâ Gaudebeckâ in Gallia:
Anno Christi 1592.



Ummum hunc ab inclyto Duce Parmensi cufum
fuiſſe conijcio (ſierro, errori veniam dari peto) cum
alterâ vice è Belgio in Galliam accerſitus, Gaude-
beckam obſedit ac caput. Submittebat namque ali-
quoties Rhotomagenſibus militem & com meatû,
ſed non eâ quantitate, ut urbitam populofâ ſuffi-
ceret. Non enim terreſtri itinere, ſed navigijs com-
meatus in urbem inferendus erat: id vero quo mi-
nus commodè fieri poſſet, Gaudebecka, portum-
gratiz & Rothomagum interiacens, quodâ Navarrai milite occupabatur,
impediebat. Neceſſum igitur erat, ut Parmenſis hoc oppidum expugnaret.
Obſeſſum, diſpoſitisque machinis contentione maximâ oppugnatum, in
ius poteſtatemque conſcedere arorum venit. Navarraus Argevillæo movit,
ut obſeſſis ſubveniret: ſed cum in itinere eſſet, Gaudebeckam hoſtiam de-
diram ex ſuis cognovit. *Caballo inſidens Dux laudatiſſimus ad pugnam, ut vides,
paratus eſt: memor vero imbecillitatis humanæ Deum in auxilium contra hoſtes ſuos
vocat.* Piè omnino ſapienterque. cui enim Rex ille Regum, & Dominus
exercituum militat, ei, ſicuti olim pro Theodoſio, totus etiam

Militat æther:

Et conſerati veniunt ad claffica venti.

Hiſtoria Gallico belgica. Author.